Hec ſecunda crux ſignificat ꝙ traditus fuit a ſeipō. quia proceſſit
obuiam eis ad eū capiendum venientibus ⁊ ait. Quem queritis. ⁊ re
ſponderunt Jeſum nazarenum. Ecce ſuper te ſampſon philiſtini. ſed
exterruit eum dicens. Ego ſum. Iterum interrogauit eos. Quē queri
tis. Ego ſum. ſi ergo me queritis ſinite hos abire. Bernardus. O bo/
ne ieſu ſi me non plus dilexiſſes q̄ te non dediſſes te pro me. Maio/
rem charitatē nemo habet vt aīam ſuam ponat qs ꝓ amicis ſuis. Sꝫ
o ieſu tu amorē habuiſti. poſuiſti em̄ aīam pro inimicis tuis. Hec ſcā
ſacrificia illibata. Hec tercia crux ſignificat. ꝙ etiam fuit tradi/
tus a diſcipulo ſuo iuda fraudulenter oſculo. O bone Jeſu os tuum

in quo dolus nõ eſt inuentus ori qd̕ habundauit malicia et nequicia
dulciter ⁊ amicabiliter applicuiſti. O innocens agne quid tibi ⁊ lupo
illi. ſed hoc feciſti vt prauitatem cordis illius emollires. O ieſu ꝓſtra
uerunt igitur te crudeles ⁊ furioſi iudei in terrã. ⁊ duriſſime percuſſe
runt collũ tuum. ⁊ manus tuas inuicem dire funibꝫ ligabant. Et tan
quã furioſi ⁊ rabidi lupi in te agnum ſeuiebant. Tu vero tanquã agnus
innocens te turpiter ligari permiſiſti. Quis igitur audiet ſine gemitu
qualiter in illa hora horridas iniecerunt manus. O bone ieſu ⁊ inno
centes manus tuas vinculo cõſtringentes te agnũ manſuetiſſimũ ni-
hil obloquentẽ. vnde inſtar latronis cõtumelioſe te cum fune contra-
xerunt. Tu vero nõ ceſſaſti ſuper inimicos tuos fauũ diſtillare dulce-
dinis tue. Nam malcho aurem de petro amputatam reſtituiſti ⁊ ig-
nominioſe ac violenter ad domũ Anne ductus es. ⁊ ab eodem exami
natus ⁊ alapha dire ꝑcuſſus. In primis que tibi offerimus pro ec-
cleſia tua ſancta catholica. quã pacificare. cuſtodire adunare ⁊ regere
digneris toto orbe terrarum vna cum famulo tuo papa noſtro. N. et
antiſtite. N. ⁊ rege. N. Et omnibus orthodoxis atqꝫ catholice fidei
cultoribus. Memento domine famulorum famularumqꝫ tuarum.
Hic age memoriam ſcꝫ tui ipſius cõſanguineorum parentũ ſpũalium
et carnaliũ benefactorũ inimicorũ ⁊ illorũ qui tibi ſe cõmendarunt ꝓ
filijs cõfeſſionis. ⁊ pro quibus orare teneris. Olim ſolus pontifex in-
trauit in ſancta ſanctorum orãs ꝓ ſe ⁊ domo ſua. ⁊ pro vniuerſo cetu
filiorũ iſrael. Leui. xvi. Ante primi memoriam potes cogitare ꝑmum
articulum paſſionis chriſti in domo cayphe ꝙ ibidẽ ductus ligatus a
multis falſis teſtibꝫ accuſatus. ⁊ vt agnus innocẽs coram tondente ſe
tanqꝫ reus oĩm pctõrum noſtrorum que ſponte ſupra ſe ſumpſit obmu-
tuit. Et adiuratus a caypha ſtridẽte ⁊ fremẽte reſpõdit. Ammõ. vide
bitis filiũ hoĩs ⁊c̃. Tũc oẽs circũſtantes in eũ irruebant dicẽtes. reus
eſt. Circa ſcdi memoriã ſcꝫ genitiuorum nota ꝙ aliĩ expuerũt in faciẽ
et in os eius. adeo ꝙ nõ erat ei aſpectus ꝓpter abundantiã ſputorum.
quã faciẽ angeli deſiderant cõſpicere. Et cõuerſus ieſus reſpexit petrum
et penitentiã ei infundẽs q̃ eum ter negauit. Roges deũ vt te illo re-
ſpectu aſpicere dignetur. Et ad inſtar petri deplãgere pctã tua. q̃ dñm
tuũ ſepe negaſti. Añ memoriã datiuorum nota. ꝙ aliq̃ euellebãt bar
bam ⁊ crines capitis eius. Iſaie. lv. Corpus meũ dedi ꝑcutientibꝫ. et
genas meas vellentibꝫ. Añ memoriã accuſatiuorũ nota. ꝙ aliq̃ ꝑ-
cuſſerunt eũ palmis in faciem. Aliĩ dederũt ei colaphos ſic ꝙ ex tali-
bus verberibꝫ facies eius intumuit. Vñ fere tota nocte ad colũnam li
gatus obmutuit tanquã agnus innocens. Ante memoriam vocati
uorũ nota. ꝙ tam amabilis fulgor egrediebatur de oculis eius. ꝙ eũ
videntes in faciem conceptam maliciam in animo nõ potuerũt ad li-

bitum conſummare ſm Hieronymum ideo velauerunt faciem eius. percutientes caput eius dicentes Prophetiſa nobis chriſte qs eſt qui te ꝑcuſſit. Et oim circumſtantiũ quoꝝ fides tibi cognita ē ⁊ nota de uotio. pro q̃bus tibi offerimus vel q̃ tibi offerũt hoc ſacrificiuꝫ laudis pro ſe ſuiſq; oib; ꝓ redēptōe aīaꝝ ſuaruꝫ ꝓ ſpe ſalutis ⁊ incolumitatis ſue tibiq; reddũt vota ſua eterno deo viuo ⁊ vero

¶ Cōmunicantes

Hic orat ſacerdos pro illis quoꝝ memoriã habuit ante

Unde notandum q̃ ſacerdos legalis intrans ſanctũ ſanctorum erat indutus ſuperhumerali. quod in vtroq; humero habebat vnũ magnum ⁊ precioſum lapidem onichinum. ⁊ in cingulo erant ſculpta ſex nomina filiorum iſrael. qui ſimul ſunt duodecim. q2 ipſe ſacerdos totum portabat onus populi in humeris ſuis. Leui. xi. Hoſtia pro peccato data eſt vobis vt portetis iniquitatem multitudinis. ⁊ rogetis ꝓ ea in conſpectu domini. Similiter erat indutus alia veſte q̃ d2 rōnale et in illa circa pectus erant duodecim lapides precioſi. ⁊ in quolibet eorum erat ſculptũ vnũ nomen duodecim filioꝝ iſrael. q2 ſacerdos ille habuit oēm populũ in pectore iugis meditatōis. Et ſic anxiatus onere peccātorum ſui ⁊ totius populi p̄cabatur deũ. vt ſaltem meritis patriarcharũ duodecim dignaretur populo ꝓpiciari. Deutro. ic. Sic etiaꝫ ſacerdos euãgelicus in ſancto ſcōrum eleuat hic humeros ſuos quib; impoſitũ ē totũ onus populi. ꝓ quo ex nimia anxietate ſpũs precatur dñm. vt ſaltem meritis patriarcharũ ſcꝫ duodecim apoſtolorũ quoꝝ noīa hic recitat ⁊c̃. Similiter habeat in pectore iugis meditationis onus populi ad orandũ pro eo. ⁊ p̄cipue ꝓ illis quorũ ſtipēdijs ⁊ elemoſynis ſuſtentaẗ ⁊ quoꝝ memoriã añ habuit Et hoc etiã meritis duodecim martyrũ. quoꝝ etiam nomina hic recitat Inſula vero quã ſup̃ caput ponit totũ onus populi ſupra caput agni qui tollit pctã mũdi ſignificat. Cōmunicantes ⁊ memoriã venerantes. In p̄mis glorioſe ſemꝑ virginis Marie genitricis dei ⁊ dñi noſtri Jeſu chriſti Sꝫ et beatoꝝ aploꝝ ac martyꝝ tuoꝝ Petri Pauli Andree Jacobi Joannis Thome Jacobi Philippi Mathie Bartholomei Simonis et Thadei. Lini Cleti Clementis Sixti Cornelij Cipriani Laurētij Criſogoni Joannis ⁊ Pauli Coſme ⁊ Damiani ⁊ oim ſanctoꝝ tuorum quoꝝ meritis precibuſq; concedas. vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. per eundem chriſtum dominum noſtrũ. Cogita q̃ mane facto Jeſus dire vinctus ducitur de domo cayphe per plateas. ⁊ mater ſua vidit eum a diſcipulis derelictum ⁊ conſputũ tanq̃ leproſum. ⁊ Jeſus reſpexit matrem. Cogita illũ mutuũ reſpectũ quid tunc mater potuit dicere ad filium cuius cordis erat tu ipſe cogita. q2 hoc nimis longum eſſet dicere anime deuote. Sic enim p̄ſentabatur

pylato ⁊ ſtetit coram eo dimiſſo capite ⁊ patientiſſimo corde. Et ſtete
runt iudei contra eum tanq̄ gygantes. ⁊ terribilibus oculis eum in/
tuebantur. Accuſantes eum de tribu3 ſcꝫ ꝙ conuertit populum ⁊ fili
um dei ſe fecit. Secundo ꝙ tributum ceſari dari prohibuit Tercio ꝙ
regem ſe dixit. Sed eccleſia in perſona chriſti querit in officio dei para
ſceues contra hec tria cantans tribus vicibus. Popule meus quid ſe
ci tibi reſponde mihi ꝛc̄. Aut in quo moleſtus fuit tibi ꝛc̄. Et ducitur
a pylato ad herodem dimiſſo vultu ⁊ verecundo. ⁊ nudis pedibus in
cedens cum magna feſtinatione ⁊ omnium clamore conuitia audiēs.
Et mater eius cum indicibili dolore eum ſequitur a longe. Et coram
herode tanq̄ agnus manſuetiſſimus non aperiens os ſuum ad mul/
ta ab eo interrogata inclinato capite ſtetit Et herodes Jeſum illuſuꝫ
et indutum alba veſte ⁊ longa tanq̄ ſtultum ad pylatum remiſit. ⁊ ꝓ
pter longitudinem illius veſtis. ⁊ ꝓpter imperum iudeorum creditꝰ ſe
pius corruiſſe in via. Quod ſignatꝰ ꝑ humilem capitis inclinatōem et
baſſam totius corporis ſacerdotis depreſſionem dum loquens loqui
tur. Oratio. Hanc igitur oblationem ſeruitutis nrē ſed ⁊ cūcte fami/
lie tue queſumus dn̄e vt placatus accipias. dieſq̄ noſtros in tua pace
diſponas. atq̄ ab eterna damnatione nos eripias. ⁊ in electoꝝ tuorū
iubeas grege numerari. per chriſtū dn̄m noſtꝝ. Confirma me dn̄e
rex iſrael. ⁊ reſpice in hac hora ad oꝑa manuū tuaꝝ: vt ſicut ꝓmiſiſti
hieruſalē ciuitatē tuam erigas. ⁊ hoc qđ cogito ꝑficiam per te. Cōfir/
ma me dn̄e in hac hora. Quā oblatōem tu deus in oībus queſumus
dn̄e benedic. Hec crux ſignificare poteſt ꝙ iudei innocentem chri
ſtum clamabant tolli ⁊ crucifigi. ⁊ malificum ⁊ maledictum barrabā
dimitti. Aſſcriptam Hec crux notat chriſtum traditum mili
tibus ad flagellandū qui nudauerūt eū coram tota cohorte hoīm v/
triuſq̄ ſexus. Et nota hic verecundiā quā ſuſtinuit pijſſimus ac
verecūdiſſimus Jeſus. Et eū inhumaniſſime flagellis ceciderūt. ⁊ vſ
q̄ ad coſtas verberibꝫ laceratus. ſic ꝙ a vertice capitis vſq̄ ad plātas
pedum nō fuit in eo ſanitas. quouſq̄ tam tortoribꝫ q̄ inſpectoribus
fatigatis iubetur ſolui Hic inſpice eū ſic nudū vndiq̄ ſanguine cruē
tatū ſolutū coram multitudine ſtantem. Ratam rationabi
lem acceptabilemq̄ facere digneris. Hic nota ꝙ induerunt eum
veſtem laceratam purpuream deriſoriam tanq̄ regnare volentem: vt
nobis corpus Hic nota ꝙ capiti eius coronam ſpineam vſq̄ ad
cerebrum violenter impreſſerunt: vt ſanguis eius ex capite copioſe de
fluens vt frontes genas ⁊ collum rubricaret ⁊ plus q̄ mille punctu/
ris iudei vulnerauerunt eum miſerrime. Et nota hic ꝙ dederunt
ei arundinem in manu dextra ad modum ſceptri regalis flectentes de
riſorie genua coram eo dicentes. Aue rex iudeorum dātes ei alaphas

et expuentes in faciem eius. ꝛ arũdine caput eius ꝑcuſſerunt vt ſpine
ei fortius intrarent Dilectiſſimi filij tui domini noſtri Jeſu chriſti
Hic erige manus tuas ex intima deuotione cum ſuſpiriis in celum. q̄
ſi diceres O dulciſſime pater nõ dedigneris ꝙ ego pauper ꝛ inimicus
auſus ſum tam magnifica poſtulare. qꝛ ſi rogarem a te celum ꝛ terraꝫ
modicum eſſet. ſed poſtularem a te corpus ꝛ ſanguinem filij tui vnige
niti ꝛ ſub tam immundis manibus crearetur quis nõ contremiſceret.
Unde illud ſacramentũ eſt quodammodo p̄cipuũ indiciũ diuine di/
lectionis ad hominem. nihil em̄ minus videt deus facere in eo ꝙ quo
tidie dignatur deſcendere de celo ſuper altare. ꝙ cum de celo deſcẽdẽs
naturam humanã homo factus aſſumpſit. Unde in iſto altari angeli
et archangeli miniſtrant. throni celeſtis ſedilia preparãt. ſeraphin pã
num ſupponunt. cherubin verſus ꝓpiciatorium facies inflectunt. ꝛ p̄n
cipatus ꝛ poteſtates ſic ſeruiunt ad principes tenebrarũ remoueant
Qui pridie ꝙ pateret accepit panem in ſanctas ꝛ venerabiles manus
ſuas Cogita hic. O pie pater recordare timore doloris ꝛ anguſtie
quã ſuũ dulciſſimũ cor tũc ſenſit Et eleuatis oculis ad te deũ patrem
ſuũ omnipotentẽ tibi grãs agens. bñdixit. fregit. dedit diſcipulis ſuis
dicens. Accipite ꝛ manducate ex h̄ oms. hoc eſt corpus meũ Hec
crux iam facta notat ꝙ pylatus Jeſum ſic indutũ veſte purpurea fla/
gellatũ. ſpinis coronatũ. arũdine in dextra tenẽtẽ. funẽ xo in brachio
quo p̄us ad columnã ligatus. facie in terra dimiſſa ꝛ ſanguine ꝑ ocu/
los. genas. nares ꝛ collũ copioſe decurrẽte ſic deformatũ om̄i ꝓplo oſtẽ
dit clamãs Ecce hõ. ꝛ iterũ Ecce rex veſter. Quã quidẽ obprobrioſaꝫ
oſtẽſionẽ repetit ſacerdos in eleuatõe corporis xp̄i oſtẽdẽs eũ om̄i ꝓplo ꝛ
ſicut illi voce canina clamabãt. Tolle tolle crucifige eũ. ſic nos ecõtra
videntes eũ ſuſpirio dicamus eũ ſalutãtes. Aue ſalus mũdi ꝛc. Et iaꝫ
cogitemus in nobis O bone ieſu. intime te depꝛcor vt illã ineffabilem
vultus tui formã cordi meo ꝑſpicaciter imp̄mas ꝛ ardẽter infigas q̄/
lem viſus es in illa hora habuiſſe. qñ velut abhomiabilis ꝓſus oib9
fuiſti oſtẽſus Hora eleuatõis venerabilis ſacramẽti nola pulſat. qꝛ in
lege Moyſi leuite tpe ſacrificij tubis clangebãt ꝛ ſic etiã laudamus
eũ in cymbalis. Et etiã vt ꝓpl's ꝑparet ſe ad deuotõem ꝛ orõnem
Candele ꝛ faces accendunt. qꝛ corda fideliũ circũſtantiũ accẽdi debẽt
deuotius ꝛ inflãmari feruẽtius. Uñ btũs Gregorius dr. ꝙ in inſtãti
prolatõis xbo hoꝝ (hoc eſt corpus meũ) celi aperiũtur celeſtiũ curie
adueniũt cum verbo dei incarnato ad vocẽ ſacerdotis. O ſacerdotes
quali honore honorati eſtis. quali menſa cubamini ꝛ potatis. quam
angeli videntes horreſcunt ꝛ neqꝫ ſine timore reſpicere audent. Et di
cat ſacerdos verba conſecrationis cum intentione conficiendi in perſo
na chriſti. ꝛ ſic chriſtus in perſona ſacerdotis conficit in ſignum ꝙ v/

num ſunt chriſtus ⁊ ſacerdos. quia d'r hoc eſt corpus meum.

Simili modo poſtq̃ cenatum eſt accipiens hunc preclarum calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas gratias agens benedixit. Hic crux notat ꝙ Jeſus crucem ſuam in proprijs humeris portauit. poſteriorem vero eius partem ſuper terram trahiciens curuatus cruentatus cum magno ꝯfuſione factus obprobrium hominum. Et tamẽ exultauit in ſpiritu vt gigas ad currendam viam ad montem caluarie. Et ibidem coram tota multitudine nudatus eſt. quia veſtem eius in vulneribus coagulatam violenter extraxerunt adeo dire ꝙ omnia vulnera eius denuo aperta erant ex quibus ſanguis copioſe effluxit. Et illa extractio veſtis in vulneribus indurate erit ei maior pena q̃ vnq̃ ante ſuſtinuit. Conſidera ⁊ vide eum mentetenus ſic ſtantem coram tota multitudine hominum vtriuſq̃ ſexus vulneratum et cruentatum. Nec permittebatur Maria mater eius appropinquante ſibi ante crucis erectionem ne aliquam exhiberet ei humanitatem.

¶ Nota ꝙ cum violentia eum ſuper crucem in terram nudum deiecerunt. et ita atrociter eum extenderunt ſuper terraz vt omnia oſſa eius dinumerari poterant. ⁊ manus eius ac pedes obtuſis ⁊ groſſis clauis cruci affixerunt. ⁊ crucem cum corpore erexerunt cum impetu et magna vi. ita ꝙ omnia vulnera manuum ⁊ pedum dilacerabantur et ſanguis copioſiſſime defluxit. Quanta igitur tunc patiebatur Jeſus pro te deuote perpendas anima. Dedit diſcipulis ſuis dicens. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes. Hic eſt enim calix noui ⁊ eterni teſtamenti myſterium fidei qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur in remiſſionez peccatorum. Tunc eleuatur calix conſecratus (Hec quotienſcunq̃ feceritis in meam memoriam facietis. Oratio meditanda tempore eleuationis ſanguinis. O alme ⁊ benigniſſime pater de ſanctuario tuo intuere hanc ſanctiſſimam hoſtiam. quam immolo tibi pro peccatis noſtris. et eſto placabilis ſuper multitudine malicie noſtre. En vox ſanguinis fratris noſtri Jeſu chriſti clamantis de cruce ad te. Pater dimitte illis. quia neſciunt quid faciunt. Suſcipe eum pro remiſſione peccatorum noſtrorum. Clamat enim ſanguis xpi nõ vindictam ſicut ſanguis Abel. ſed miſericordiam. Poſt eleuationem calicis adora ſanguinem cum inclinatione cogitans. O mirabilis ⁊ innocens precioſe ſanguis miſerere nobis peccatoribus amore illius charitatiue effuſionis. qua pro nobis de beatiſſimis vulneribus effluxiſti. Et hoc obſerua quotienſcunq̃ diſcooperis calicem. Unde extenſis manibus legitur. Hec extenſio brachiorum crudelem ſignificat extenſionem brachiorum chriſti ⁊ totius corporis tribus horis in cruce viuentis in medio duorum latronum. Marci. xv. Et cũ ſceleratis reputatus eſt. et clauis manuum ⁊ pedum innitebatur totum

pondus corporis·et ſic dilacerabantur ⁊ fundebantur foramina ma/
nuum ⁊ pedum continue. Unde ſi vidiſſes eum tam miſerabiliter pē
dentem defeciſſet anima tua pre dolore. Unde ⁊ memores domine
nos tui ſerui. ſed et plebs tua ſancta eiuſdez chriſti filij tui domini dei
noſtri tam beate paſſionis necnon ab inferis reſurrectionis ⁊ eius(qui
ſedet in celis)glorioſe aſcenſionis offerimus preclari maieſtati tue de
tuis donis ac datis hoſtiam puram.

Hec Crux notat chriſti crucifixi illuſionem vulgaribus claman/
tibus. Uach qui deſtruis templum ⁊ in triduo ⁊c̄. Et a principibus
dicentibus. Si filius dei eſt deſcendat nunc de cruce. ⁊ a militibꝰ of/
ferentibus ei acetum Jeſus vero pro eiſdem orauit patrem ſuum la/
chrymis ⁊ clamore valido mixtis ſanguine in genis ſuis exiſtēte dicēs
Pater dimitte eis. quia neſciunt quid faciunt.·Et petas vt eandem
pro te ad patrem dirigat ſanguinolentis lachrymis hoſtiam ſanctam

Hec crux ſignificat crucem exprobationis facte ſibi a latrone ſi
niſtro. quem increpans alter dixit Neqȝ tu times deum. hic homo iu
ſtus eſt. ⁊ dixit Memento mei domine dum veneris in regnum tuū.
Cui chriſtus ait. Hodie mecū eris in paradyſo Nunc latronem abſ/
ſit chriſtus ſanguine ſuo de dextera manu fluentem ⁊ ſaltantem ſcd̄m
Alexandrum de Hales. ⁊ ſic mundauit eum Roga eum vt ſic etiaȝ
te purget hoſtiam immaculatam. Crux hec ſignificat tormētuȝ
compaſſionis doloris matris Cui dixit intime compatiens Mulier
ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo. Ecce mater tua. Non dicit
mater chariſſima. ſed communi nomine mulier. Credendum eſt em̄
ꝙ ſi dulciter matri locutus fuiſſet cor virginis per medium crepuiſſet
Dolores enim quos in partu non ſenſit iam ſuſtinuit. Queſo igitur
o miſericordiſſime Jeſu me intuere frequenter illis pietatis tue ocu/
lis. quibus matrem et diſcipulum reſpexiſti ſub cruce ſtantes et ama
re flentes· Quando altera alteri commendatur vltimum eius relin/
quens teſtamentum dicens. Ecce filius tuus. et cetera. Panem ſan/
ctum vite eterne.

Crux hec quarta eſt tormentum ſue a deo patre derelictionis cū
dixit Heli heli lamazabathani. Hoc eſt Deus meus deus meus: vt
quid me dereliquiſti. Et ſenſualitas erat expoſita penis ⁊ ea tharacte
diuine influentie erant ſuſpenſe. ſic ꝙ non redundabant in ſenſualita/
tem. ex cuius redundantia exſorptus fuiſſet omnis dolor in inferiori
portione rationis. ſicut in martyribus factum eſſe legimus. quia q̄nto
maior pena exterior eis infligebatur. tantomagis illis affluxit redun
dantia gaudij conſolationis. In ieſu autem factum eſt miraculoſe vt
non redundaret gaudium conſolationis diuine in ſenſualitatem. Et
calicem ſalutis perpetue.

Hec quinta crux ſignificat quintum verbum quod Jeſus in cru-
ce locutus eſt.et tormentum potationis aceti et fellis dum vt preſci-
ens potum amarum ſibi dandum petijt dicens. Sitio. At illi dede-
runt ſibi acetum felle mixtum. Unde beatus Bernardus. O bone
Jeſu de cruce taces, coronam ſpineam ſuſtines. pre ſiti clamas. Et
quid ſitis bone Jeſu. Certe ſitis noſtram ſalutem et redemptionem
hominis. Adhuc durat iſta ſitis.et vere ſtultus eſt qui eam non ex-
tinguit.

Supra que dicetur hoc extenſis manibus ſuper menſam alta-
ris. ſupra vtramqꝫ partem oblate. quia ſacerdos legalis offerens hir-
cum in ſancta ſanctorum pro peccatis populorum. poſita vtraqꝫ ma-
nu ſuper caput eius confitebatur omnia peccata populi iſrael. qui im-
precans capiti eius hirci emiſſarij quem emittit in deſertum. Leuiti-
ci decimoſexto. Qui portauit iniquitates eorum. Sic ſacerdos euan-
gelicus in ſancta ſanctorum ſcʒ in altari ponit vtramqꝫ manum ſuper
hoſtiam. In ſignum ꝙ ipſe ſacerdos offerens ⁊ populus ſunt digni
morte. ſed agnus dei ſuſtinuit mortem pro eiſdem. ⁊ ſacerdos confite-
tur iniquitates omnium. ⁊ precipue miſſam audientium. ⁊ illorum
quorum ante memoriam habuit. Ipſe enim eſt agnus qui tollit pec-
cata mundi. Joannis ſecundo. Quia omnis erant digni morte. ſed fi-
lius offert ſe pro omnibus ad mortem. Sicut Abel qui obtulit agnū
ita filius dei obtulit ſe agnum innocentem ex amore incomprehenſi-
bili erga nos. ⁊ tali amore offert ſeipſum quotidie pro nobis in alta-
ri. Et tali affectu a nobis debet aſpici ⁊ ſuſcipi ac ſi iam in inſtanti pri
mo fieret. ⁊ ſic fuit immolatus vt Abel. Iſte enim agnus eſt qui occi-
ſus eſt ab origine mundi. quia Abel erat figura eius. Secundo Je-
ſus fuit etiam immolatus: vt Iſaac a patre ſuo. quia deus pater pro-
prio filio ſuo non pepercit. ſed pro nobis omnibus tradidit illum ſm̄
apoſtolum. Tercio ieſus ſacrificio Melchiſedech (qui vinum et pa-
nem obtulit) per omnia aſſimilatus eſt qui quotidie ſe offert ſub ſpe-
ciebus panis ⁊ vini pro nobis deo patri. Et ſic rogante pro eis ſacer-
dote propicius erit dominus populo. ⁊ ergo dicitur hic ſupra que pro
picio. Nota ꝙ Jeſus dicitur ſacerdos in eternum ſm̄ ordinem
melchiſedech. quia ſicut Melchiſedech obtulit Abrahe reuertenti
de bello panem ⁊ vinum. ſic Chriſtus in via obtulit ſe per ineffabiles
dolores in ara crucis ſupplicans pro nobis lachrymis et clamore val-
do. Sic ipſe quotidie ſe offert patri pro nobis in miſſa ſuper altare.
non dolore. ſed amore. ⁊ ſic ipſe hic dicitur angelus magni conſilij ꝑ
cuius manus petimus hec preferri tanquaȝ per nuncium hirci emiſ-
ſarij in ſublime altare. ⁊ ſic offert ſeipſum in conſpectu diuine maie-
ſtatis. Et ergo per crucem que ſequitur dum dicitur (corpus)

figuratur penultimum verbum quod dixit in cruce ſcȝ Conſumma-
tum eſt. id eſt tibi patri offero totum opus obedientie ꝛ paſſionis mee
pro ſalute generis humani ꝛ meipſum. Supra que ꝓpicio ac ſere-
no vultu reſpicere digneris ꝛ accepta habere ſicuti accepta habere di
gnatus es munera pueri tui iuſti Abel ꝛ ſacrificiuȝ patriarche noſtri
Abrahe ꝛ quod obtulit tibi ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech
ſanctum ſacrificiū immaculatā hoſtiam

¶ Supplices

Hic ſacerdos deuote inclinet ſe ꝛ oret cancellatis manibus ante
pectus. Hic em̄ hircus emiſſarius emittebatur liber in deſertum
per manum nuncij. id eſt angeli in celum. Et etiam inſtar Aaron pre
catur ſuper cornua altaris innitens altari extendēs manus ſacerdos
quaſi ipſo facto dicat Obſecramus te ſupplicis per crucem ꝛ paſſionē
quam ſuſtinuiſti in cruce expanſis manibus Et inclinatio deuota ſig
nificat ꝙ Jeſus morti appropinquans incepit deprimere oculos ꝛ pal
leſcere ꝛ nigreſcere nec habens vbi caput ſuum miſerijs feſſum. ꝛ ſpi-
nea corona ꝛ ſanguine in crinibus capitis congelato grauatum incli-
naret niſi ſupra pectus ſuum offerens ſeipſo patri pro peccatoribus.

Supplices te rogamus omnipotens deus iube hec perferri per ma
nus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum in conſpectu diuine ma-
ieſtatis tue: vt quotquot ex hac altaris participatione ſanctificantur
ſuſcipere miſericorditer digneris. Oſculare altare ad dexteram partē
ſacroſanctum filij tui corpus.

Hec crux fit in memoria paſſionum quas paſſus eſt in toto corpo
re quaſi clamans illud ꝓphete. O vos omnes qui tranſitis per viam
attendite ꝛ videte ſi eſt dolor meus ſicut dolor veſter. Et ergo protu-
lit ſextum verbum Conſummatum eſt. id eſt tibi patri offero totū cor
pus obedientie ꝛ paſſionis mee pro ſalute generis humani. ꝛ hoc eſt
faſciculus mirre dilecti mei inter vbera mea cōmorabitur

Et ſanguinem ſumpſerimus Hec ſecunda crux que dicitur ſup
ſanguine notat ſanguinem effuſum ꝛ corpus torridum relictum. vt di
cit Gregorius. Cuius corpus ſanctiſſimū in ara crucis torridum ꝛ ſic
inclinato capite clamans voce magna ꝛ rauca lachrymando protulit
ſeptimum verbum ſcȝ Pater in manus tuas cōmendo ſpiritum meū
et hoc dicens expirauit. Hic intime perpende quantā ſuſtinuit penaȝ
dum nobiliſſima anima eius a ſuo amantiſſimo atꝙ tenerrimo cor-
pore ſeparabatur. Omni benedictione celeſti ꝛ gratia repleamur
per eundem chriſtum dn̄m noſtrum.

Tercia vero crux que fit ſup illo verbo benedictione. ꝛ facit in faci
em ſuam ſacerdos. notare poteſt titulum ſcriptuȝ ſuper caput Jeſu Je
ſus nazarenus rex iudeorum. hunc titulum triumphalem diabolus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

maxime perhorreſcit. ergo munimus nos ea in facie contra diabolū
Memento etiam domine famulorum famularumqꝫ tuarum q̃ nos preceſſerunt cum ſigno fidei ⁊ dormiunt in ſomno pacis)
Memoria mortuorū genitiui. id eſt parentum ⁊ conſanguineorum. datiui quorū ſtipendijs viuis. Accuſatiui. id eſt inimicorum. vocatiui. id eſt illorum pro quibus rogatus es. Ablatiui. id eſt pro omnibus fidelibus defunctis. Etiam pro illis qui tibi confeſſi ſunt
Hic fit ſilentiū. ⁊ ſignificat chriſtū mortuū in cruce pendentem. ſed eius anima ad limbum deſcendit patrū. ⁊ ergo rogamus: vt nunc dignetur deſcendere ad purgatoriū inde animas liberando ſicut tunc animas de limbo liberauit dicens
Ipſis dn̄e ⁊ omnibꝰ in chriſto quieſcentibꝰ locū refrigerij lucis et pacis vt indulgeas dep̄camur per eundem chriſtū dn̄m noſtrū
Tunde pectus cū exaltatōe vocis ⁊ ſuſpirio dicens. Nobis.
Et ſignificat ꝙ centurio ⁊ iudei plurimi percutientes pectora ſua timuerunt valde. audientes ꝙ Jeſus moriens clamauit. ⁊ videntes. ꝙ ex latere domini perforato a Longino cum lancea ſanguis ⁊ aqua effluxerunt miraculoſe. ꝙ ſol obſcuratus eſt a ſexta hora vſqꝫ ad nonam ꝙ terra mota eſt ⁊ tremuit. ꝙ velum templi ſciſſum eſt ⁊c. Petre ſciſſe ſunt ex motu terre Quibus ſacerdos ſe ꝯformans recognoſcit ſe peccatorem dicens. Nobis qui pro alijs interceſſimus cum tamen nos magis hac indigeamus gratia. Hebreorū q̄nto. Quemadmodū pro alijs. ita pro ſe ⁊ pro pc̄tis offerre debet: Et licet omni tempore debeamus ex toto corde nos pc̄tōres recognoſcere. precipue tamen in ſacrificio miſſe cum in remiſſionem peccatorum hoc ſacroſanctum celebrat myſterium dicendo ex intimo cordis. heu. heu. heu. ꝙ anima mea nō compungitur pro peccatis pro quibus neceſſe fuit lancea vulnerari latus tuū o ieſu. ⁊ violari clauis manus tuas ⁊ pedes. heu ꝙ nō lachrymatur amaritudine ſpiritus meus. ⁊ cū tu deus meus ꝓ me potatus fueris amaritudine fellis Nobis Quoqꝫ pc̄tōribus famulis tuis de multitudine miſerationū tuarū ſperantibꝰ partem aliquā et ſocietatem donare digneris cū tuis ſanctis apl̄is ⁊ martyribꝰ cum Joānne Stephano Mathia Barnaba Ignatio Alexandro Marcellino Petro Felicitate Perpetua Agatha Lucia Agnete Cecilia Anaſtaſia ⁊ cū omnibus ſanctis tuis Intra quorū nos ꝯſortium nō eſtimator meriti. ſed venie q̄ſumus largitor admitte ꝑ chriſtū dn̄m nr̄m.
Et nō reſpōdet hic ab hoīe aſtante Amē nec in toto canone q2 ſimiliter creditur ꝙ ab angelis circūſtantibꝰ reſpōdetur Amen
Per quem hec Hec eſt totius canonis concluſio. Et innuitur in his octo crucibꝰ epilogus totius paſſionis dn̄i nr̄i ieſu chriſti.
Per quem hec omnia ſemper bona creas ſanctificas

Hec crux notat crucifixionem factam hora tercia linguis iudeoꝝ
clamantium. Tolle tolle, crucifige eum, dum ſtetit coram pylato ⁊ to
ta cohorte. indutus veſte purpurarum corona ſpinea in capite ꝛc.
Viuificas Hec crux ſignificat crucifixionem
factam hora ſexta. cum eleuatus fuit in cruce in eam affixus.
Benedicis Hec tercia crux ſignificat crucifixio
nem hora nona. in cruce factam.
Et preſtas nobis Hic flexis genibus coniunctis manibus
adora eum Petas licentiam ꝙ audeas eum tangere. Et cogita
ꝙ Joannes baptiſta (quo non ſurrexit maior inter natos mulierum)
contremuit ⁊ non audebat tangere ſanctum dei verticem. Et depone
corporale de calice. Per ipſum. Quia crucifixio facta eſt ſpacio trium
horarum quo vixit in cruce. ideo ſubſequenter fiunt hi tres cruces
(Cum ipſo et in ipſo) Fuit enim continue illis tribus horis in
maximo cruciatu. et in multa effuſione ſanguinis ſuſtentatus clauis
manuum et pedum. quibus totum corpus innitebatur. et ſic cōtinue
dilacerabantur vulnerum foramina Hic nota cum quan/
to tormento in cruce tribus pependit horis. Eſt tibi patri omnipotē/
ti in vnitate ſpiritusſancti omnis honor et gloria.
Iſte due vltime cruces ſignant ſanguinem et aquam de corde Je/
ſu tranſfixo fluentes. Et calix interius vltimo tangi ſolet cum oblata
Et ſignificat apertionem lateris cum lancea de quo exiuit ſanguis et
aqua. Nulli dubium quin mater Jeſu videns latus eius tam gran/
di vulnere aperiri. quin ſemiuiua cecidit in terram: Ut dicit Bona/
uentura Canticorum quarto. Vulneraſti cor meum ſoror mea in v/
no oculorum tuorum. Et trahitur vltima crux a ſummitate calicis q̄
ſi ad pedem eiuſdem. et reducitur iterum ſurſum. quia anima chriſti a
corpore ſeparata deſcendit ad limbum et rediit. Toto hoc tempore
ſacerdos ſtabit inclinato capite inſtar Jeſu in cruce pendentis. oſten/
dentis ſponſe ſue cor ſuum Per omnia ſecula ſeculorum
Dicitur alta voce in ſignum ꝙ hic eſt finis canonis. Et eleuatur cor/
pus chriſti parum cum calice. Et ſigni icat depoſitionē corporis chri
ſti de cruce Sic et Nicodemus ⁊ Joſeph fecerunt. Et reponitur ſuꝑ
corporale ſindone munda Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.
Oremus Hic adoratur flexis genibus. quia mater ſua Ma
ria corpus eius de cruce depoſitum adorauit Preceptis ſaluta/
ribus moniti et diuina inſtitutione formati audemus dicere. Pater
noſter qui es in celis ꝛc. Chorus Sed libera nos a malo. Sa/
cerdos Amen. Deinde chorus reſpondit Sed libera nos a malo
In feſto Tunc ſubdiaconus repreſentat diacono. inuolutam pa/
tenam et diaconus eam diſcooperit et diſcoopertam ſacerdoti pre/

ſentat oſculando ſacerdotis dexteram/ ⁊ deponit cooperimentum de
calice. qꝛ patres in limbo oſculati ſunt chriſti dexteram cum dixerūt.
Aduenisti deſiderabilis. quē expectabamus in tenebris ⁊c. / Et debet
hec ſequens oratio (Libera nos) dici ſub ſilētio. qꝛ diſcipuli chriſti oēs
ſiluerunt mortuo chriſto. nec audebant publice loqui aut cōfiteri chri
ſtū. Et eleuat patenā. qꝛ aīa chriſti deſcendit ad inferos patres ibi il/
luminans ⁊ ſpolians principatus ⁊ poteſtates tranſduxit confidēter
palam triumphans illos in ſemetipſo. Et in ſignū victorie ⁊ triūphi
eleuat patenam. Et ſic petit ſacerdos vt nos etiā liberet nos ab oī ma
lo dicens   Libera nos queſumus dn̄e ab omnibꝫ malis p̄teritis p̄/
ſentibꝫ ⁊ futuris. ⁊ intercedente ꝓ nobis beata ⁊ glorioſa ſemꝑ virgine
dei genitrice Maria. cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo at/
ꝗ Andrea cū omnibꝫ ſanctis. Da ꝓpicius pacem in diebꝫ noſtris
Hic ſacerdos oſculat̄ patenā. qꝛ reconciliauit ſanctos in limbo et
nos omnes. Coloceñ. ꝓmo. Recōciliauit nos in corꝑe carnis eius per
mortem. Ut ope miſericordie ſue adiuti ⁊ a pctō ſimus ſemꝑ liberi et
ab omni perturbatōe ſecuri.   Hanc crucem ſignat in faciē ſuam. qa
chriſtus recōciliauit nos deo patri ꝑ crucē ſuam ⁊ per crucē deuicit in/
fernum. Dehinc ſacerdos de ore calicis cooptorium remouet. qꝛ Jo/
ſeph ⁊ Nicodemus ad ſepeliendū corpus Jeſu lapidem ab oſtio mo/
numenti deuoluerunt. Et adorabit eum tremulus anteq̄ȝ eū eleuat et
portat ad calicem corpus Jeſu tanq̄ȝ ad ſepulchrū dicendo   Per
eundem dn̄m noſtrū Jeſum chriſtū filiū tuum   Diuiditur hoſtia q̄
ad ſpēs eius in duas partes, quaꝝ vna pars offertur in laudem corpo
ris chriſti quod eſt in celo ⁊ gloria. ⁊ ergo ſubditur   Qui tecum vi/
uit ⁊ regnat in vnitate ⁊c. Alia vero medietas offertur pro illis qui
ſunt in miſeria. Et quia eſt miſeria illorū qui ſunt in purgatorio. ⁊ il/
lorum qui ſunt in hoc mundo predeſtinati. ⁊ ideo illa alia medietas
ſubdiuiditur in duas partes cum dicitur   In vnitate ſpūſſancti de
us per omnia ſecula ſeculorū Amen   Hoc ſacerdos alta voce dicet
parum eleuando calicem cum vna parte hoſtie. quia chriſtus regreſ/
ſus eſt ab inferis cū ſpolio ⁊ triumpho ⁊ pompa nobili. Et in dicendo
alta voce.   Pax dn̄i ſit ſemꝑ vobiſcū. parti corpis chriſti miſtici ſcꝫ
fidelibus ſignificate per partem immergendam ſub tribulationibus
preſentis vite agoniſanti petit ſacerdos pacem pectoris in preſenti vi/
ta per gratiam ⁊ pacem eternitatis in futuro per gloriam. ⁊ facit tres
cruces cū hoſtia ſuꝑ calicē dicēdo. Pax dn̄i ⁊c. qꝛ tribꝫ diebꝫ fuit corpꝰ
chriſti in ſepulchro. ⁊ aīa in limbo patꝝ. Et poſt hoc immittit illā ꝑ/
tem corpis chriſti in calicē dicēdo   Fiat hec cōmixtio corpis ⁊ ſang/
uinis dn̄i noſtri ieſu chriſti oībꝫ nobis ſumētibꝫ ſalus mētis ⁊ corpis
in vitā eternā Amen.   Significat vnionē carnis ⁊ ſanguinis cum

anima chriſti iũ ſepulchro cũ reſurrexit. In triduo em̃ mortis chriſti a
nima fuit ſepata a corpe ⁊ ſanguie. ⁊ ſanguis a corpe. In reſurrectiõe
vero illoꝝ triũ vnio fuit fcã. ⁊ qꝛ chriſtus poſt reſurrectionẽ ſuã. Joan
nis. xx. dixit diſcipulis ſuis. Quoꝝ remiſeritis pctã remittunt eis cor
pus chriſti miſticũ in pn̄ti ſeculo inter inimicos militãs ꝓ remiſſione
pctoꝝ ſupplicat. ⁊ etiã petit pacẽ quã chriſtus diſcipulis ſuis dedit pꝰ
reſurrectõem ſuã dicẽdo Agnus dei q̃ tollis pctã mũdi ⁊c. Sacer/
dos mũdi rogat chriſtũ ꝓ pace eccleſie Inclinãdo dicens Dn̄e Jeſu
chriſti q̃ dixiſti apl̄is tuis. pacẽ meã do vobis. pacẽ meã relinquo vo/
bis. ne reſpicias pctã mea ſed fidẽ eccleſie tue. eamq꜄ ſm̄ volũtatẽ tuã
pacificare cuſtodire adunare ⁊ regere digneris Qui viuis ⁊ regnas de
us ꝑ oĩa ſecula ſeculoꝝ amen. Oſculãdo altare ⁊ oſculãdo crucem
in libro dicit. Pax chriſti ⁊ eccleſie dei abũdet in cordibꝫ vr̄is. In
ſignũ q̄ chriſtus dedit diſcipulis ſuis pacẽ dicẽs eis. Pax vobis. Joã
nis. xx. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Pax vobis Et ſic ſacerdos oſ/
culatur crucẽ in libro Hec cũ dixiſſet oſtẽdit eis manus ⁊ latus in cu/
ius ſignũ ſacerdos cancellatis manibus vertit ſe ad miniſtꝝ oſtẽdens
ei manus. oſculãdo imaginẽ a miniſtro ſibi pn̄tatam ⁊ oblatã. dando
eidem miniſtro in ꝑſona oĩm diſcipuloꝝ pacem ⁊ dicit. Pax tecũ. ha
beto vinculũ pacis ⁊ charitatis vt aptus ſis ſacris myſterijs chriſti

Significat q̄ chriſtus iteꝝ dixit eis pax vobis ⁊c. Et cũ hoc dixiſ
ſet inſufflauit ⁊ ait diſcipulis. Accipite ſpm̄ ſcm̄. qꝛ ſpũaliter oẽs pſen
tes in grã cõicant corde. ⁊ ſic ſacerdos dat miniſtro pacis ⁊ charitatis
vinculũ. ⁊ ꝑ eum omnibꝫ q̃ interſunt miſſe. qꝛ charitas dei diffuſa eſt
in cordibꝫ veſtris ꝑ ſpm̄ſanctũ. Et pro cõmunione q̃ in ꝓmitiua eccle
ſia ſingulis diebꝫ omnibꝫ ⁊ ſingulis q̃ intererãt miſſe fiebat ſacramen
taliter ⁊ ſpũaliter datur pax ſingulis. In quo ſignificat q̄ corde com/
municent ſcꝫ ſpũaliter. Cãtico. ꝓmo. Oſculetur me oſculo oris ſui

Anteq꜄ cõmunicet dicat inclinatus hãc orõem. Dn̄e ieſu chri/
ſte fili dei viui qui ex volũtate patris coopante ſpũſancto ꝑ mortẽ tu/
am mundũ viuificaſti. libera me ꝑ hoc ſacroſcm̄ corpus ⁊ ſanguinem
tuũ ab omnibus iniq̃tatibꝫ meis ⁊ vniuerſis malis ⁊ fac me tuis ſem
per obedire mandatis. ⁊ a te nunq꜄ ſinas in ꝑpetuum ſepari. Qui cũ
eodem deo patre ⁊ ſpũſcõ viuis ⁊ regnas ꝑ oĩa ſecula ſeculoꝝ Amen.

Et qꝛ quotienſcũq꜄ mãducabimus panẽ hũc. ⁊ calicẽ dn̄i bibemꝰ.
mortẽ dn̄i annũciabimus donec veniat. ꝓmo Corinthioꝝ. xi. Jõ ha/
benda eſt memoria paſſionis mortis chriſti an̄ corpis ⁊ ſanguis eiuſ/
dem ſumptõem celeriter ⁊ cũ omĩ deuotõe corde cõtrito ⁊ reuerenter
vitando cordis diſtractõem ⁊ mentis euagatõem. ne perdant deuotõ
nem irruentes cogitatões. Et cogita quid tuipſe ſis. ⁊ quãtus ille quẽ
accepturus es. qui etiã pro tuis pctis ex nimio amore tuo obprobrijſ/

ſimã ſuſtinuit mortẽ. ꝛ ſanguĩe ſuo ꝓcioſiſſimo ꝓ te moriẽs in patibu/
lo redemit te. ꝛ quotidie te eodẽ ſanguĩe potat ꝛ corpe nutrit. Quid
amplꝰ debuit facere ꝛ nõ fecit. Hãc vltimã memoriã ſui nobis reliqt
quaſi neſciẽs ſe a nobis ſepare. ſ; ſeipm̃ inſepabilr̄ ſub ſpẽb' panis ꝛ vi
ni qſi pignus relinquẽs: vt quotiẽs inſpexeris amoris ſui immenſi re/
cordaris: ſi illud pignꝰ ꝑfecte inſpexeris abſq; fletu ꝛ magno deſiderio
et ſuſpirio offerre ꝛ accipe nõ potes Dũ accipias corpus dñi in ma
nu dicas Panẽ celeſtẽ accipiã et nomẽ dñi inuocabo. dñe nõ ſu; di
gnus vt intres ſub tectũ meũ etc̄. Hic accipite corpꝰ dñi cũ mḡno
tremore ꝛ deuotõe Ad calicẽ domini. Quid retribuam do
mino pro omnibus que retribuit mihi Calicem ſalutaris accipi
am ꝛ cetera. Sanguis domini noſtri Jeſu chriſti. ꝛc̄. Quod ore ſum/
pſimus domine pura mente ꝛc̄. Canticorum quinto. Comedite ami/
ci et bibite et inebriamini chariſſimi. Comedite corpus meum et bibi
te ſanguinem meum et inebriamini in diuinitate mea. verbum caro
factum eſt vt cibus angelorum fieret cibus hominum

¶Communio

Communio ſignificat gaudium de communione corporis et
ſanguinis Jeſu. Pſalmiſta. Jn voce exultationis et ꝯfeſſio/
nis ſonus epulantis.

¶Complende

Complende leguntur extenſis manibus ſm̄ Jnnocentium. Et
ſignificãt benedictionem quam rogat fieri a deo in ꝯplendis ſiue ora
tionibus preſbyter/ Sicut chriſtus aſcenſurus in celum eleuatis ma
nibus benedixit eos. Leuitici nono. Cumq; cremati eſſent adipes in
altari extendens ſacerdos legis antique manum ad populum bene/
dixit eis. Sic etiam ſacerdos euangelicus hoſtia oblata et concrema
ta. et deo patri miſſa benedicit populo. Jn feſtis tamen diaconus can
tat Jtẽ miſſa eſt. ꝛ repreſentat illud canticum angelorum. ſcilicet. Vi/
ri galilei quid ſtatis aſpicientes in celum. hic ieſus qui aſſumptus ẽ
a vobis quemadmodum vidiſtis eũ aſcendẽtem in celum ita veniet.
et cetera. Luce vltimo. Benedictio tamen fit a ſacerdote ſuper popu/
lum per ſignum crucis. Chorus vero congratulando reſpõdit. Deo
gratias. imitando apoſtolos qui adorantes eum regreſſi ſunt Hieru
ſalem cum gaudio magno. Et in fine miſſe ſacerdos ex intima deuo/
tione leget hymnum trium puerorum. quia ſacerdos inſtar puerorũ
iam extitit ex ſumptione ſacramenti in camino ignis ſumme deuotio/
nis purgatus. Et vt alter Simeon poſtq̃ accepit puerum Jeſum in
vlnas cordis ſui ex intimis ſuſpirijs cantat canticum ſimeonis. Nũc
dimittis ſeruum tuum domine ſecundum verbum tuum in pace. Et
ergo dicit Bonauentura in ſermone de corpore chriſti. Si poſt com/

munionem non ſentis aliquam ſpecialem refectionem. ſignum eſt in/
firmitatis tue ſpiritualis vel mortis. Ignem em̄ poſuiſti in ſinum et
non ſentis calorem. Mel in ore et non ſentis dulcedinem. Si vero cō
ſolatōem ſentis aliquā nō tibi ſed diuine tribue bonitati.

¶ Hec de calciamēto dn̄i bn̄dicta ſufficiāt.

¶ Tractatus fr̄is Guilhelmi de Gouda or-
dinis minoꝝ de obſeruātia. de expoſitōe miſ
ſe ⁊ de modo celebrandi. ſacerdotibus deuo-
te celebrare volentibus vtilis et neceſſariꝰ.
Finit feliciter. Impreſſus Dauentrie Anno
dn̄i. M. CCCCCiiij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible]

secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum

Usque quo domine oblivisceris me in finem? usque quo avertis faciem
tuam a me. Quamdiu ponam consilia in anima mea: dolorem
in corde meo per diem. Usque quo exaltabitur inimicus meus super
me: respice et exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos
ne umquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus
meus prevalui adversus eum. Qui tribulant me exultabunt
si motus fuero: ego autem in misericordia tua speravi. Exultabit cor meum
in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit michi et psallam

bitis gentes de terra illius. Desiderium pauperum exaudivit
dominus: preparationem cordis eorum audivit auris tua. Iudicare
pupillo et humili: ut non apponat ultra magnificare se
homo super terram.

In domino confido quomodo dicitis anime mee: transmigra in montem
sicut passer. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: paraverunt
sagittas suas in pharetra: ut sagittent in obscuro rectos
corde. Quoniam que perfecisti destruxerunt [illegible]

Dominus in templo sancto suo dominus in celo [illegible] Oculi [illegible]

Raymun
di
Summula

W 8

7290

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN